



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Liber I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)



i.
IVSTI BARONII
VETERACASTRENSIS
EPISTOLARVM SA-
CRARVM
LIBER I.

EPISTOLA I.

IVSTVS BARONIVS VETERA-
CASTRENSIS ANDREAE VER-
madio, Societatis Iesu Theo-
logo. S. P. D.



IRABERIS fortasse quid sit, *De principis*
REVERENDE VERMA- *piis fides Ca-*
DI, quod ab eo tempore, *tholica, ac*
quo nuper fuimus vna, pla *potissimum*
cidamque inter nos de fide *de Verbo*
Dei.

συνήτησιν habuim⁹, ego contra promissi fi-
de litteras tibi mittere intermiserim. Quod
etsi minus rectè factum agnosco; tamen
quia necessitate potius quàm negligentia
prætermisum est, spero veniam dabis, me-
que tardius loquentem benignius auidius-
que audies. Primum autem hoc tibi ante o-
mnia certum esse volo, quod nuper etiam
manifesto argumento perspicere potuisti,

A iam

iam per Dei gratiam, multorumq; antiorū
in August. indefessam lectionē ita mihi fidē Catholi-
Tract. 13. ad cā persuasam, vt ^a *extra eam nullā Ecclesiam*
e. 3. Ioan. nullā salutē esse, firmiter credā & statuā. Sed
1. q. 1. c. Tene quia multa sæpē incidunt calumniā quadā,
mus. Cypri. & malitiosa scripturarum interpretatione,
de Unit. Ec. quæ vel p̄spicacissimis fucū facere, & tan-
el. f. c. 4. quam nebulā veritatis serenitatem offusca-
247. 1. c. Lo re queunt: magnoperē curandum existi-
qu. Hieron. mo, vt proficiscentibus ad ^b *Civitatem Dei,*
Epsst. 57 ad ^c *cuius Rex veritas, cuius Lex charitas, cuius*
Damas. 24. *modus eternitas:* planum in offensumque
q. 1. c. Quo- iterparemus: ne hic vel illic impingentes
nam. hæreant, & dubia fide cum ^d *potestatibus te-*
b August. *nebrarum* congregiantur. Qua de causa
lib. 2. Re- meam ad vos trāsmigrationem neutiquam
tract. c. 43. præcipitandam arbitror: donec indurata
Et Epi. 202 melius ad solem cornua conflictum occur-
ad Nestar. rantium hostium ferre strenuius ac supera-
e Idem Epi. re possint. Interim quia ^e *Christiana anima*
5. ad Mar- *pabulum hoc esse nosti, si in lege Domini medi-*
cell. *retur die ac nocte:* Si compendio agitas
d Coloss. 2. hodiē controuersias tractare, & quasi ru-
35. minandas nobis proponere velimus, hæc
e Psal. 1. 2. diuisione, vt puto, commodissimè proce-
Hieron. E- demus. *pist. 6. ad*
Florens.

*Theologia
 generalis di
 stribus iobi
 parita*

Omnis quæ de rebus diuinis cogitatio
 suscipitur, vel de Principijs fidei est, vel de
 ijs quæ ex principijs illis extruuntur. *Princi-*
pia voco rationes & firmamenta, quibus id
 quod

quod credendum faciendumue proponitur, verum iustumque esse demonstratur. Etsi enim fides ἀναπόδεικτος est, ut pulchrè Nazianzenus alicubi loquitur, & propterea definitur ab Apostolo ^f *Sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*: id tamen magis ad quæstionem ^g *δίων* quàm ^h *όν* pertinere existimo. Nam ^g *Arist. 2. Anal. 1.*

^h *Quod latet, ignotum est: ignoti nulla cupido.* ^h *Ouid. 3. de arte.*

Nec quisquam credo inficias ibit, vel generalem saltem rationem veritatis, honestatis & rectitudinis, fidei obedientiæq; veræ substratam esse oportere. Quare enim hoc vel illud credam, quod tu credendum Ecclesiæ proponis? quia verum certumq; id esse vel ratio sana, vel diuina patefactio docet. Quare hoc vel illud faciam, quod tu adeò leuerè mādās & præcipis. Quia iustum bonumq; id esse iterum vel nature instinctus, vel iussu diuinū ostendit. Hactenus sanè rationē pcedere nemo sanus negarit. At si iā rationis istius id est, mandati aut patefactionis diuinæ (quam quidē talē esse cōstat) rationē poscas, ibi mentē subsistere, seq; in ⁱ *obediētiā fidei subingatis sensib^o* submittere oportere, libens agnosco & fateor. ⁱ *2. Corint. 10. 6.*

Neq; enim rationibus nobiscum Deus agit, sed legibus. *At legem breuem esse oportet.*

ait rectè^k Seneca, quò facilius ab Imperitiis te-
 neatur, velut emissa disunitus vox: qua inbeat
 non disputet. Et^l Augustino authore, Non
 intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas
 tutissimos facit.

Principia
 Theologiae
 duplicia.

1. Cor. 2.
 14.

Conc. Tri.
 sess. 5. decre.
 de peccato
 originali.
 S. 1. Bellar.
 lib. 4. de grat.
 Et lib. arbit.
 a. 2. Calum.
 lib. 2. insti.
 c. 2. S. 1. 2. Et
 23.

Rom. 1. 19.

Cæterum principia ille fidei & morum
 generalissima diuisione vel naturalia sunt,
 vel (vt consueto Theologorum verbo v-
 tar,) supernaturalia. Naturalia appello,
 quæ vel à natura ipsa arripuimus, haufim^o,
 expressimus, vel ab hominibus^m animalibus
 didicimus, legimus, accepimus, adeoq;
 ad quæ partim docti & instituti, partim fa-
 cti & imbuti sumus. Tametsi enim non
 ignoro, vehementer peccato lesam esse ho-
 minis mentem, ⁿ totumq; Adamum (vt Cõ-
 cilio etiam Tridentino placuit) per illam
 prauaricationis offensam, secundum corpus &
 animam in deterius commutatum: palam ta-
 men est, tãtum illi naturalis luminis super-
 esse, vt non solum veritates theoricas &
 mechanicas, quæ in artibus humanis & na-
 turalibus continentur, cognoscere possit,
 verum etiam bonum verumq; morale, vni-
 uersè consideratum: vt Deum esse colen-
 dum, parentes venerandos, liberos diligen-
 dos, &c. Quid enim aliud voluit Apostolus
 cum scripsit, ^o Tò γινώσκον θεῶν etiam gentibus
 ex mundi structura manifestum esse? Et sanè
 historia scriptaq; Philosophorum testan-
 tur

tur^p non vulgarem eos, sed valde præcla-
 ram & illustrem Dei cognitionem habuif-
 se: idq; non tantum per manus accepta tra-
 ditione Iudæorum, aut peculiari Dei affla-
 tu, sed plerumque etiam naturalis ingenij
 solertiæq; adiumento, Philosophiæque in-
 primis ductu & auspicio. Quanquam neq;
 magnum hoc mundi spectaculum ab istis
 subsidijs eximendum duco. ¶ Plato enim
 nõ immeritò *mundū Epistolam* vocavit *Dei*
patris ad genus humanum. Et^r Antonius ille
Eremita omnibus libris & præceptoribus
 destitutus, *ipsam naturam creaturarum* di-
 xit *sibi esse librum perpetuò presentem*, in quo
verba Dei relegere, quoties liberet, liceret. De
 hoc naturalium principiorū genere, quod
 ad hanc quidem causam attinet, nullam ad-
 modum litem esse existimo. Fatemur enim
 vtrique, extra Ecclesiam, & in ijs qui non-
 dum sunt diuinitus illuminati, aliquid ea
 quidem, sed non satis momenti habere, ad
 conuincendum animum, & de diuinis my-
 sterijs erudiendum. De Christo enim nihil
 habent, nihil de Euangelio. In Ecclesia ve-
 rò, vbi animi iam perfectiori doctrina im-
 buti, pleneq; de omnibus ad salutem perti-
 nentibus instructi sunt, illa sublunaria vel
 tanquam similitudines fidem illustrant, vel
 tanquam secundaria & succenturiata argu-
 menta obscure infirmiterque confirmant.

p Bekker. B.
4. de grat.
Et li. arbor.
c. 2. Et li.
1. ibidem
c. 1. 2. Et se-
quentibus.
Aretius pro-
ble. 1. dono
sura. Dei
cognitione.
¶ Plato in
Timæo.
¶ Hist. Tric-
part. lib. 8.
cap. 8.

Iam ad *Supernaturalia* Principia ut veniā, sunt illa testimoniationes ipsius verissimi sapientissimiq; Dei, qui *multifariam multisque modis olim locutus patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio,* & adhuc loquitur per ministros legitime vocatos & ordinatos, ut *ad consummationē usq; seculi duret adificatio corporis Christi, omnesq; perfecti fiamus eodē sensu & fide,* neque sit in nobis *v* ruga erroris, vel macula impietatis. Hi *θεῶν νεύσοι λόγοι*, medicina animorū, ac *lucerna pedum nostrorum*, quin & *virtus Dei in salutem omni credēti*, miserrimo planè fato nostro in *pomū Eridos* hodiè cōmutantur, & tanquā *Helena* quædam tot aīos Catholicos protestātesq; exercēt. Capita autē controuersix, si rectè subduxi, nouem hisce quæstionibus continentur.

*Controuer-
sia de Verbo
Dei, capita
nouem.*

*2. Concil.
Trid. sess. 4.
de canon.
script.*

1 Vbi patefactiones illę diuinę olim hominibus factę inueniātur: vtrū in solo Dei verbo, quod scripturam canonicā appellamus: an verò extra verbū Dei in reuelationib⁹ & somnijs priuatis: an denique partim verbo Dei scripto, partim traditionibus non scriptis, quas propterea *pari pietatis affectu cū scripturis suscipi* necesse sit.

2 An illę patefactiones diuinę siue in scripturas siue in traditiones relatę, fideliter ab authoribus consignatę, & à posteris incorruptę seruatę sint, ita ut à nobis certā fidem autoritatęq; mereantur. Quod partim cō-

et veteres hæresiarchas, *Simonianos, Basilidianos, Marcionitas, &c.* partim et cõtra *Iudeos, Mahumetistas, & Libertinos* dispiciendum est.

3 Quinã sint illi libri à Deo inspirati, & à Prophetis Apostolisq; consignati, quo iudicio cognoscãtur, & ab alijs profanis vel Apocryphis discernantur: suane aliqua propria nota & indicio omnib⁹ conspicuo, an verò Ecclesiæ tantũ discretione & iudicatu.

4 In quorum potestate istorum librorum verè sacrorum & canonicorum lectio sit, aliquorũ ne perfectiorum tantum, an verò omnium promiscuè Christianorum.

5 Si omnium; qua lingua tum publicè & priuatim legitum etiam in quam scripturæ transferri possint & debeant.

6 An scripturarum qualescunque versiones parem cum authentica lingua auctoritatem habeant.

7 An istorum librorum sacrorum stylus ita perspicuus, & dilucidus sit, vt à quouis non tantum legi, verum etiam rectè intelligi, & ad controuersiarum diiudicationem securè applicari possint.

8 Si alicubi obscura, ambigua, flexiloqua diuina pronunciata videantur, vnde interpretatio eorum petenda: vtrum ex ipsa scriptura, aliorum locorum facta collatione, an verò aliunde ab aliquo iudice & interprete spirituali.

8 IUSTI BARONII VETER.

9 Denique an interpretationes & decreta Pontificum Romanorum, item Cōcilio- rum, sint certum principium Theologicū, cui tuto fides committi possit & debeat.

a Hieron. Epist. 108. ad Domni. Es Rogat. in ls. paral.
Hisce nouem quæstionibus, mi VERMADI, omnia contineri existimo, quæ à Theologis in hac materia cōtrouerti nūc solēt. Si quid præterea est, quod in dilceptionem veniat, velim moneri à te, & de his breuiter instrui, vt quid Catholicæ fidei asseclam tenere necesse sit, tuo quoque suffragio cognoscam. Fateor enim cum ^a S. Hieronymo, nunquam me in diuinis rebus proprijs viribus credere velle, nec habere opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire arbitror, interrogare solere. Quanto magis super ijs, de quibus anceps sum? Nec parum iuuat consensum videre piorum, & à diuersis idem doceri, non postremum est veræ prædicationis argumentum. Vale mi PATER, proq; salute mea vota apud Deum interpone. Heidel. prid. Calend. Iunij. Anno seculari. M. DC.

EPISTOLA II.

ANDREAS VERMADIUS SOCIETATIS IESV PRESBYTER

Iusto Baronio Veteracastrensi

S.P.D.

*soluuntur
propositæ
quæstiones
IX. de Verbo
Dni*

MIRABAR sanè quod scribis, silentium tuum, mi IUSTE, tam diuturnum præser.

fertim tamq; pertinax. Sed abundè satisfecisti proximis literis tuis, quibus conceptā nobis spem de te magis magisque confirmasti: tantoque nos in CHRISTO affecisti gaudio, vt non possimus non plurimum gratulari tibi & nobis, de tam excelso animo veritatis amante, & auido cognitionis rerum ad æternam salutem spectantium: quarum fundamenta sunt quæstiones nouem de patefactionibus diuinis propositæ: Quas etsi sufficienter ^a *Bellarminus* noster explicauit, tamen quia meam etiam sententiā requiris, ne amici videar deesse officio, breuiter animi sensa aperiam, & quid hæreticis ista proponentibus respondendum putem, monebo.

Ac primum de prima quæstione quàm impiè sentiant *Swenckfeldiani* ac *fanatici*, in vulgus notum est. Profiteor autem ego cum Ecclesia Catholica, patefactiones illas, quibus Deus notitiam mentis suæ verissimam hominibus manifestat, verbo DEI, quàm scripto, quàm tradito, contineri; nec video quo solo fundati Protestantes hæc sententiam negare ausint verbis, quam re ipsa & facto veritati consonam testantur. CREDVNT vna mecum, libros veteris & noui testamenti verè diuinos, quod sanè ex scriptura nullo modo, ex traditione autem sola constare potest. Nam vt rectè ait ^b *Bellar-*

A 5

mi-

*a Tom. 1.
controv. 1.
General.*

*Verbum
Dei duplex,
scriptū &
non scriptū*

*b Bellar. lib.
4 de Verbo
Dei non
script. c. 4.*

e Bellarm.
ibidem.

minus, libros prophetarum & Apostolorum, etiam si scriptura dicat esse diuinos, huic tamen infallibilem adhibere non possumus fidem, nisi prius crediderimus, scripturam quæ hoc affirmat, diuinam esse. CREDUNT VNÀ MECUM, Euangelia Marci & Lucae esse vera, Euangelia Thomæ & Bartholomæi esse falsa, cum ratio potius dicat, magis credendum libro præferenti titulum Apostoli, quàm non Apostoli. Hæc autem fides ex scripturis haberi non potest, sed ex traditione constat. CREDUNT VNÀ MECUM, quod distinctio diuinarum personarum sit per Relationes, quod Pater sit ingenitus. Filius à patre genitus. Spiritus Sanctus à Filio Patreque procedens, sed nullam Dei patefactionem in factis scripturis expressam reperimus, quæ hunc fidei articulum disertis verbis eloquatur, sed illæ quæ quasi per manus traditæ à CHRISTO & Apostolis continua successione ad nos usque peruenerunt. CREDUNT VNA MECUM, paruulos ante rationis usum utiliter baptismatis sacramento initiari, cum tamen illud dogma non habeat in scripturis testimonia. Scio quod D. Augustinum ad illud confirmadum allegoriam circuncisionis proferre, & alios alia; ex quibus tamen non firmam & solidam probationem desumi posse affirmat, sed tantum probabilem coniecturam. D. Augustini verba hæc sunt. Traditum tenet universitas Ecclesie, quod par-
uulo

d. August.
l. 4. cont.
Donatist.
cap. 23.

vuli infantes baptizantur, qui^e corde nondum *e Rom. 10.*
 possunt credere ad iustitiam & ore confiteri ad *ra*
 salutem. Et si quisquam in hac re autoritatē
 diuinam querat, quanquā quod vniuersa te-
 net Ecclesia, nec Concilijs Institutū, sed semper
 retentum est, non nisi autoritatē Apostolica
 traditum rectissimē creditur: tamen veraciter
 conycere possumus ex Circūcisione carnis, quā
f Gen. 17. 10
 prior populus accepit. Dū addit (veraciter cō-
 ycere possumus) nihil aliud insinuat, quam
 firmā hanc rationē non esse, sed probabilē
 coniecturā, robur autē suum hoc dogma ex
 tradita patefactione diuina adipisci. Cū igi-
 tur hęc & similia fide teneant nobiscū, & te-
 nēda prædicent: nihilq; credendū censeāt,
 & meritò, nisi quod Dēvs reuelauit, ac pa-
 tefecit, aueo cognoscere, quo fundamento
 nixi, traditum Dei verbum tollant, quod
 re ipsa ponunt.

Iam de *secunda questione* ingenuē confi- *Authoritas*
 tentur & docent, docueruntq; & confessi *Verbe Des,*
 sunt semper omnes Catholici; auctores à *totiusq; Re-*
 quibus diuinæ patefactiones cōsignatę sūt, *ligionis*
 eam dignitatem, reuerentiam, authorita- *Christiana*
 tem & fidem mereri, vt de eorum fidelitate
 dubitari disceptariue à nemine possit, mul-
 tisque rationibus falsitatis arguuntur *Indai*
 & *Mahumetani*, qui cæca infidelitatis cali-
 gine immerfi, claram veritatis lucem in
 dubium vocant.

Prima

Prima ducitur ab eorum conditione & auctoritate, quae fidem Christianam olim receperunt: qua utitur LACTANTIUS *lib. 5. diuin. Instit. ca. 13.* & S. AVGVSTINVS *lib. 1. de util. credend. cap. 14.*

Secunda ducitur à constantia Martyrū, qua IUSTINVS *Apologia 1. ad Senat. Roman.* testatur, se maximè fuisse motum ad fidem: & ea etiam utitur LACTANTIUS *lib. 5. Instit. diuin. cap. 13. & 14.*

Tertia ratio ducitur à mirifica mutatione animi eorum, qui fidem Christianam suscipiunt & colunt: qua vsi sunt S. IUSTINVS *Apolog. 2. pro Christianis ad Antonin. Pium Imper.* TERTVLLIANVS *lib. ad Scapulam.* LACTANTIUS *lib. 3. diuin. Instit. cap. 26.*

Quarta ducitur à modo, quo olim fuit propugnata. Hac utitur IUSTINVS *Martyr Apolog. 2. ad Antonin. Pium.* CHRYSOSTOMVS *Homil. 34. in Matth. Homil. 4. & 5. in 1. ad Corinth.* D. AVGVSTINVS *lib. 22. de ciuit. DEI cap. 5.* DAMASCENVS *lib. 4. Orthodoxe fidei cap. 4.*

Quinta à miraculis, quae vel ob eam rem maximè, quasi antonomasticòs nominari solent *signa*, quia cum primis significant atque declarant, eam doctrinam diuinitus probari, atque aded veram esse, cuius ad confirmationem edantur. Hac vsus est D. CHRYSOSTOMVS, *Homil. 3. in 2. ad Corinth.*

D. Au.

D. AVGVSTINVS, lib. 22. de civitat. Dei cap. 8. & lib. de Vtilit. credend. cap. 16. Plures alia adduci possunt, desumptæ ab eorum testimonio, qui fidem nostram non receperunt, ab eorum cladibus, qui eam oppugnarunt; à Prophetis prædictionibus, à sanctitate & rectitudine doctrinæ & similibus. Ex quibus manifestum fit, patefactiones illas à nobis indubitata fidem mereri, & cæcos esse *Iudaos ac Mahumetanos*, qui tam manifestam veritatis lucem non sentiunt.

Venio ad tertiam questionem, quæ cum duarum sit partium, geminam responsionem postulat. Ad priorem partem, qua quæritur, quinam sint Canonici, respondeo cum œcumenica ac generali *Tridentina Synodo, sessione quarta*: quam ipse domi priuatim legere potes. Ad posteriorem, qua quæritur, quo Iudicio distinguantur Canonici ab Apocryphis: profiteor contra CALVINVM, cum Ecclesia Catholica: iudicio priuati spiritus, vel internæ testificationis, non posse discerni, sed Ecclesiæ iudicio & authoritate: nec illius solum Ecclesiæ, quæ temporibus Apostolorum fuit, vt LVTHERVS opinatus est; sed etiam illius, quæ Apostolos secuta est. Stat enim *D. Pauli sententia*, Ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis.

Ad quartam questionem respondeo, duplex

*Canon factus
plura.*

*Canonico-
rum libro-
rum ab Apocryphis
distinguitur.*

*1 Tim. 3. 15.
Scriptura
à quibus legenda.*

plex esse genus hominum Christianorum; alterum quod præiudicato iam errore occupatum, eò sua legendæ scripturæ studia refert, vt erroris, quo imbutum est, fulcimenta corradat, & non tam ex communi Ecclesiæ consensu, quàm suoapte iudicio per effectum corrupto sententiam sibi scripturæ confingat. Alterum verò quod mente sincera ac humili plus Ecclesiæ quàm proprio iudicio confidens, eò sedula lectione progreditur, vt signatam ante à patribus scripturæ sententiam firmiter insistat: atque hoc ipsum esse genus hominum dicimus, quod securè simul ac utiliter sacrâ paginam potest euoluere. Istud verò minime, cum sanam sibi conficere medicinam insani ministerio iudicij non minus queat, quàm si imperitum vulgus ex benè instructa Apotheca sorbitiunculam contra omnis generis morbos conficere præsumeret.

*Quo Idi-
mate scri-
ptura legen-
da.*

Quintò qua lingua Sacra reddi debeant litera ac peruulgari, si ex Protestantium principio respondere quis velit, dicat necessum est, non alia, quàm qua primum fuerunt conscriptæ. Quod enim verti debeant in aliam, nusquam præceptum legimus. Nihil autem faciendum à quoquam illi contendunt, quod scripturâ sacrâ non præcipiatur. At verò secundum Catholicorum sententiam

tiam haud grauatè conceditur, vt eo, quo supra diximus modo, ab omnibus lingua patria legantur.

Sextò *Scriptura versiones qualescunq;* nullus probauerit Catholicorum, nisi quas Ecclesie authoritas comprobauerit, cuius est decernere, conueniat ne patria versio cum authentica, an discrepet.

Postremò, vt reliqua omnia vno fasce complectar, *scripturam non omnibus intellectu facilem*, doctorum studia & concertationes patefaciunt, idèd quæ obscura & ambigua sunt, si facta aliorum locorum collatione explicari possunt, rectè quidem: sin minus, ad Ecclesiam summamq; Pastorem referentur. ^h Illorum enim iudicio standū, nascentis Ecclesie praxis docuit.

Hæc sunt, quæ ad quæstiones nouem in tanta temporis angustia & laborum distractione, qui per infirmitatem Concionatoris nostri mihi impositi sunt, respondere licuit, quæq; aduersarijs ista perquirentibus rectè responderi posse puto. Si quid præterea est, priuato studio facile inuestigabis.

Nostræ Epistolæ modus plura ferre reculauit. Vale. Spiræ. 3. Cal. Iulij. Anno seculari. M. D C.

EPI-

*Versiones
scriptura-
rum varia.*

*Scriptura-
rum obscu-
ritas.*

*h. Matth. 23
17.*

Luc. 10. 16.

Act. 17. 5. 6.

22. 28.

EPISTOLA III.

IVSTVS BARONIVS VETERACA-
STRENSIS ANDREAE VER-madio, Societatis Iesu Theo-
logo S.P.D.

PARVM fidei nuntio commisisti tuas
PATER: obiecitq; ea fors non solum ma-
gno me discrimini, verum & ab hoc perte-
xendarum controuersiarum cœpto planè
deiecit. Quod quemadmodū acciderit, co-
ram narrabo. Nunc illud scito, proditis lit-
teris diem mihi dictum, ac tantum non tri-
bunal inter amicos statutum fuisse. Vnus
eorum, grauem exorsus orationem, vehe-
mentissimè mecum queri cœpit, rogauitq;
quid mihi rei esset cum IESUITIS, veri-
tatis & bonorum omnium (quod absit)
hostibus, quibus cum tam familiariter
conuersarer, tam amicè consilia de religio-
ne communicarem. Ac ne quid negare au-
sim, ad manum esse litteras Iesuiticas, *Spira*
non ita pridem ad me missas, quæ diuina
gubernante manu patefactæ omne con-
siliū meum patefecerint. Id verò parum
decere sincerioris fidei sectatorem & ma-
gistrum. ² *Paulum* omne cum infidelibus
commercium prohibere: multo igitur ma-
gis cum *Antichristi* famulis, &c. Quæ cum
ego audissem, perterritus non nihil, iniqui-
tate

2. Corint.

6. 14.

2. Ioh. 10.

17.

tate tamen rei commotus, acri promptoque sermone excusationem mei orsus sum. Quid? inquam: vos ne ita sinistrè de viris optimis & doctissimis, quamuis aduersariis vestris sentiretis, vt disputationes etiam cum illis & amicitiam in vitio ponere non vereamini? Quis, vllius erroris conuicit IESUITAS? Quis *Antichristi* famulos esse demonstrauit? Vestra quidem id præsumptio habet, & pulpita vestra nihil aliud sonant, sed infirmis admodum argumentis, & si calumnias excipias, nullis. Imò verò illi *Catholicis* nominis possessione gaudent, nec dum video magnoperè, multum licet multis contra tumultuantibus & perstreptibus, hanc ipsorum gloriationem retusam. Ostèdite vos, si potestis, IESUITAS vel in Deum blasphemos, vel in proximum contumeliosos, vel in docendo erroneos, vel in conuersatione lubricos aut perfidos esse: fatebor *Antichristianos* dicèdos, fatebor iniquè à me factum, qui amicitia cum illis contracta, religionis negotia tractare cœperim.

Hic illi interpellantes (plura enim subiecturum videbant) Ergone, inquiunt, tu ad *Papistas* transibis? Si ita animatus es, actum de te est, actum de omni tua & liberorum tuorum fortuna. Tum ego: Hem inquam, tam subitonè vobis *Papista*? De dogmatib⁹

B non-

nondum vidimus, litteras tantum meas excuso, neque æquum arbitror, homines immerentes, inauditos, nedum conuictos, tam iniqua censerī lege, vt alloquio etiam & litteris virorum bonorum iudicentur indigni. Quid si illi de vobis tale iudicium ferāt, vosq; hæreticos, vel schismaticos, atque à veteri Apostolica Ecclesia Apostaticos dicant, nonne grauem vobis iniuriam illatam queremini? Nonne cœlos & sidera testabimini, quin & martyres vos pronuntiabit? Nolite ^b aff. et religionem mereri, sed ^c veritate, alioqui sua cuiq; videbitur verissima. Sentio ego à me Iesuitas ἀνεὸς γυμνασίου πρὸς αὐτὸν ἔργα: aper. as musarum fores, consuli debere ac posse meritò: idque non humanitatis tantum, sed & singularis eruditionis doctrinæque laude. Neque id postulo, vt mea tantum fide credatis: credite ^c Wittakero vestro, credite ^d Iunio, credite cæteris professoribus ac pastoribus vestris, qui nullam sibi satis phaleratam habere videntur lectionem aut concionem, nisi domi post pulpita Canisium, Bellarminum, Valentianum, aut Granatensem, Osorium, Stapletonum & similes expilauerint.

His illi auditis, maiori adhuc ira excalescentes, in conuitia prorumpēbant, IESUITAS (ita communiter omnes ferme hodiè Catholicos indignant) manifestos Sophistas

b Philo Iudæus de Legat. Alex. ed. Casim.

c Wittak. praef. Disput. de Ver. Dei. Et praef. 2 ad Lect. Dupl. aduer. Stapleton. d. Franc. Iun. Prof. Nota. ad Bellarm.

stas & quadruplatores esse, *Papatum* meras
 tenebras, ipsumq; *Antichristi* regnum, quod
 à *Luthero*, *Caluino*, & alijs ad oculum de-
 monstratum sit. Ego subridens, parcius in-
 quam, parcius; nolite præcipitare calculos,
^a *res ardua,* ^b *Et adhuc sub iudice lis est.* Scio
 vobis pleraq; dogmata & sententias *Iesui-*
tarum ne à limine quidem notas esse. Quid
 ergo de ignotis tanquam *cæci de coloribus*
 iudicatis? Statis doctorum vestrorum iudi-
 cijs. At isti plures & maiores causæ suæ te-
 stes habent: habent scripturas, habent con-
 cilia, habent vniuersum S S. Patrum cho-
 rum: habent consentientes in plerisque
 & *Græcos*, *Russos*, *Moscouitas*, *Aethiopes*: in
 summa totum fermè orbem Christianum
 habent. Quod si ergo standum est testimo-
 nijs, ^h *Orbis maior est vrbe*, *Germania maior*
Palatinatu, *Europa maior Germania*, *Eccle-*
sia denique Romana maior vtraque. Nec
 puto illud ⁱ *Donatisticum* vos repetituros,
De cætero mundo perijisse Ecclesiam, & in sola
Germania aut *Gallia*, aut *Anglia*; in parte
Lutheri vel *Caluini* remansisse. *Qui enim*
ita Euangelizat, *Augustino* & mihi *anathe-*
ma est. Alia latitudo patribus promissa
 fuit. ^k *In semine tuo* inquit *Dominus*, *bene-*
dicentur omnes gentes terra, &c. Neq; video
 quomodo Ecclesiam possitis profiteri CA-
 THOLICAM, si tam angustis circumscripta

*o Terent.
Phorm.
f Horat. in
arte Poët.*

*g Quod pa-
tes ex singu-
lorum con-
fessionibus
publicè edo-
cui.*

*h Hieron.
Epist 85. ad
Euzagr. Epi-
scop. 93. Di-
sinct. c. Le-
gemus.*

*i August.
contra Epi-
parmen. li.
1. cap. 2.*

*Es de Vnit.
Ecl. cap. 12.
k Gen. 12. 3.
G 18. 18. G
22. 18.*

Psalm 71. 17.

Psal. 71. 8. sit limitibus, ut non pertingat ^l à mari ad
m. Isai. 54. mare, & ^m funiculus eius ad fines usque terra.
 2.
 Tum illi leuerissimo vultu intuentes me,
 At tu inquirunt manifestè *Papista* es, qui i-
 psorum causam tam genuinè agis? Quid
 enim illi aliud, quàm *Patres Patres, Ecclesi-*
am Ecclesiam crepant. Si tu ita affectus es,
 nos magistratui significabimus, qui te in or-
 dinem cogat, tuamque curiositatem com-
 pescat. Facite inquam quod lubet, nihil mi-
 hi hoc nomine metuo: conscientia boni-
 tas, & causa æquitas consolantur me, nec
 quicquam commereui, quàm quod scripsi
 Iesuitis, & in plerisque ipsorum sententias
 à Prædicantibus malitiosè vel imperitè
 peruertere agnosco. Si mihi hoc nomine ma-
 lum accerteris, patiar sanè, sed vos quàm re-
 ctè videritis. ⁿ *Deum inter me & vos iudicem*
constituo. Sic amicitia dissoluta discessum
 est.

Gen. 16. 5.

Hæc verò cur ad te, PATER REVERENDE,
 tam longa cōmemoratione? Primum vo-
 lvi excusare diurnum silentium meum,
 ut qua ex causa proficisceretur, cognosce-
 res. Deinde putavi luctum meum in amici
 sinum deponendum, ut qua in parte posset,
 me consilio aut opera iuaret. Qua de re
 quia nec tempus nec periculum plura sinit
 scribere, cœtera in aduentum meum diffe-
 ro. Interea tu vale, meque quod facis, sin-
 cerè

cerè amare perge. Heidelb. 17. Cal. August.
M. DC.

EPISTOLA IV.

IVSTVS BARONIVS VETERA-
CASTRENSIS GREGORIO RE-
nato S. P. D.

ACCEPI litteras tuas, GREGORI, quibus *De Sancti-*
retexens partem nuperæ συζητήσεως *tate morū*
nostræ, quæstiunculam proponis de loco *Ecclesia Ca-*
Euangelico: *Attende à falsis prophetis,*
qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, in- *a Matth 7.*
trinsecus autem sunt lupi rapaces: à FRUCTI- *15. 16.*
BVS eorum cognosce: is eos. Hic enim quia in-
ter tesseras Pseudoprophetaum FRUCTVS
vel maximè commemorantur: & verò FRU-
CTVS operum duabus radicibus enascun-
tur: alij doctrinæ ipsius sanæ aut corruptæ:
alij liberæ hominum voluntatis, etiam præ-
ter doctrinæ genium sese efferentis & lu-
xuriantis: dubitare te ais, vtrum hi vel illi
intelligèdi veniant: et si isti præ his, vtrum
in veteri magis quàm noua Ecclesia repe-
riantur. De vtroq; breuiter vt potero satisfi-
faciam.

Ac de priori pridem sunt, qui longissi-
mè à scopo aberrantes, FRUCTVS ipsam do- *Fructus nō*
ctrinam interpretantur, quasi Dominus *est ipsa do-*
eos doctores definiat veros, qui veram, fal- *ctrina.*

hos qui falsam doctrinam profiteantur. Quod sanè parum præsentis loco commodum est, cum nil nisi inanem circulum, & ut logici loquuntur *ἀίτημα τῆ ἐξ ἀρχῆς* efficiat. Etenim ipsa Prophetarum doctrina hic in questionem venit, & certo signo dignoscenda proponitur. Nihil autem sui ipsius index esse potest, sed alio & quidem manifestiori signo indiget: qualis puritas doctrinæ non est, sed fructus pœnitentiæ, & constans conspicuaque virtutum omnium cultura, quæ in sensus hominum incurrit. Deinde *fructus* per quos falsa doctrina à vera, ac falsi doctores à veris distingui debent, ^b similes sunt *ficibus* ac *uinis*. At doctrina non habet rationem *ficium* vel *uuarum*, sed stipitis potius ac radicis, vnde fructus enascuntur, cum doctrina efficax sit per opera, non vicissim opera per doctrinam. Quomodo ergo fructus de doctrina interpretandi erunt?

*6. Matth. 7.
9. 16.*

*Fructus
sunt opera
externa.*

*6. Matth. 7.
21.*

8. Ibid. 9. 23.

9. Ibid. 9. 24.

Postremò Dominus ipse hos *fructus* de externis & visibilibus operibus interpretatur, cum subdit: ^c *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui FACIT voluntatem patris mei quæ in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.* Et paulò post ^d *Descendite à me omnes qui OPERAMINI iniquitatem.* Atque iterum infra. ^e *Omnis qui audit verba mea hæc, & FACIT*

CIT

CIT ea, assimilabitur viro sapienti, qui edificavit domum suam super petram, &c. Omnium verò apertissimè in^r precedentibus, vbi sic *f. ibid. & ap.* argumentatur. Quemadmodum se habent *18.* fructus ad arborem, sic opera se habent ad doctorem vel doctrinam. Atqui fructus mali, malam & acerbam arborem, fructus boni bonam & dulcem arborem arguunt. Quapropter etiam bona opera bonum doctorem & doctrinam, mala opera falsum doctorem & impuram doctrinam arguunt, &c.

At inquis, opera illa externa communia *Occupatio.* sunt utrisque, & veris & falsis prophetis: *Opera non* Itaque & hoc ipso loco *vestimentis omnium* *quævis sed* comparantur, quibus se lupi tegant: & Dominus alibi nolens doctrinam discerni ex *doctrina af-* opere, cum sæpè mali bona doceant: *finita intel-* *ligenda.* *Quæ- g. Matth. 7.* *cunq;* dixerint vobis, inquit, Pharisei & Scri- *15.* *b.e. servate & facite, secundum opera vero eo-* *h. Matth. 23* *rum nolite facere. Dicunt enim & non faci-* *3.* *unt. Alligant onera gravia, & importabilia,* *& imponunt in humeros hominum, digito au-* *tem suo nolunt ea mouere. Rectè inquam. Er-* *gò iam alterum quoque videamus, cuius* *radicis opera hic intelligenda sint. Aliqua* *enim voluntatum ipsarum corruptione fi-* *unt, cōtra ipsius doctrinæ genium sese effe-* *rentium, & conscientiam manifesta vi con-* *taminantium. Aliqua ipsius doctrinæ mol-*

litie ita concipiuntur, fouentur, & aluntur,
Eccl. 13. 18. vt secundum ¹ Propheticum illud *pulueri
 quasi consuantur sub omni cubito manus, &
 cervicalia substernantur sub capite vniuersæ
 etatis, ad capiendas animas.* De illis vt certum
 est, hic Dominum non loqui: ita de his ser-
 monem esse, manifesta ratio euincit. Nam
 quæ doctrina ita afficit homines, vt calore
 pietatis indies magis magisque exardescât,
 & negata impietate totos se sanctimoniam
 mancipient, ea procul dubio sancta, pia &
 diuina est. Quæ verò homines ad languo-
 rem trahit, inq; salute curanda facit remis-
 siores, in probæ protinus notæ conuinci-
 tur, quemadmodum Dominus ipse argu-
 it: ^k *Numquid colligunt de spinis vvas, aut de
 tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, bonos fru-
 ctus facit, mala autem arbor malos fructus fa-
 cit. Non potest arbor bona malos fructus face-
 re, neque arbor mala bonos fructus facere.*

*Matth. 7.
16.*

*Catholica
doctrina bo-
norum ope-
rum facun-
da.*

*August. de
morsibus
Ecclesie Ca-
tholicae li. 1.
ca. 30. & 31*

Quod si iam secundo loco vetus doctri-
 na ad nouam hac lance appendatur, facili
 iudicio se vtriusque genius proder. Enim-
 uerò Catholici cum fide pœnitentiam vr-
 gent, cordis amaritudinem præcipiunt, ie-
 iunia, preces, eleemosynas, omniaque cor-
 pori, dura ac laboriosa iniungunt. Quo fit
 vt (teste ¹ Augustino) *tam multi hospitales,
 tam multi officiosi, multi misericordes, multi
 docti, multi casti, multi sancti, multi usq; ad eò
 Dei*

Dei amore flagrant in Ecclesia reperiantur,
 ut eos in summa continentia atq; mundi huius
 incredibili contemptu solitudo delectet. Nam
 (quod non minus hodiè quàm olim verum
 est) quis nescit summa continentia hominum
 Christianorum multitudinem per totum or-
 bem indies magis magisq; diffundi: quis nescit
 eos, qui secretissimi penitus ab omni hominum
 conspectu, pane solo, qui eis per certa interval- *E. ermita*
 la temporum affertur, & aqua contenti, deser-
 tissimas terras incolunt, perfruentes colloquio
 Dei, cui puris mentibus inhaerunt, & eius
 pulchritudinis contemplatione beatissimi, quae
 nisi sanctorum intellectu percipi non potest.
 Quis inquam nescit hos. Videntur enim non-
 nullis res humanas plusquam oporteret, dese-
 ruisse, non intelligentibus, quantum nobis eo-
 rum animus in orationibus profit, & vita ad exē-
 plum, quorum corpora videre non sinimur.
 Tantum isti admonendi sunt, qui sese inaniter
 iactant, in tantum processisse temperantiam &
 continentiam sanctissimorum Catholicae fidei
 Christianorum, ut restringenda nonnullis, &
 quasi ad humanos fines reuocanda videatur.
 Vsq; adeò supra homines illorum animos eua-
 disse, ab his etiam, quibus id displicet, iudicatur.
 Sed si hoc excedit nostram tolerantiam, quis *Cenobita*
 non illos miretur & praedicet, qui contemptis
 atq; desertis mundi huius illecebris, in commu-
 nem vitam castissimam sanctissimamq; con-

gregati, simul atate agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus: nulla superbia tumidi, nulla pernicacia turbulenti, nulla inuidia liuidi: sed modesti, verecundi, pacari, concordissimam vitam & intensissimam in Deum, gratissimum munus ipsi offerunt, a quo ista posse meruerunt. Hec est etiam vita feminarum Deo sollicitè castèq; seruientium, qua habitaculis segregata ac remota à viris quam longissimè decet, pia tantum illis charitate iunguntur, & imitatione virtutis: ad quas iuuenum nullus accessus est, neq; ipsorum quamuis grauisimorum & probatissimorum senum, nisi usq; ad vestibulum necessaria prebendi, quibus indigent, gratia. Lanificio namq; corpus exercent atq; sustentant, vestesq; ipsas fratribus tradunt, ab ijs inuicem quod victui opus est resumentes. Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc institutum, si laudare velim, neq; dignè valeo, & vereor ne iudicare videar per seipsum tantummodo expositum placere non posse, si super narratoris simplicitatem cohibendum etiam laudatoris addendum putauero.

*Antithesis
doctrina ha
erica, qua
frena la
nat cupidi
tas.*

At Protestantes Euangelici (quo nomine gaudere volunt) de operibus pœnitentiæ tam contemptim sentiunt, vt illa etiam quondam ad salutem perniciofa non censuerint solum, sed & scripserint. Quo titulo & argumento integer Georgij Maioris liber

ber extat. Et ^m Lutherus eò vesaniæ pro- ^{m Tom 7}
gressus est, vt quoduis bonum opus quan- ^{Witte fol. 130}
tumuis factum benè, peccatum statuerit mor- ^{131.}
tale. Quamobrem & in omnibus suis ope-
ribus, maximè Tomo 6. Witteb. fol. 256. ani-
mos hominum tantoperè à bonis operibus
ad libertatem, vel licentiam potius auocat.
Qua ex re tanta passim profanitas consecu-
ta, vt Lutherus ipse alicubi scribat, ⁿ Mun- ^{n Postill.}
dū indies ex sua doctrina peiorem fieri. Homi- ^{Domest. 10-}
nes inquit, vno antea, nunc septem Diabolis ^{nenf. an. 59.}
obsidentur. Diabolus nunc plena cohorte homi- ^{Conc. 2. Do-}
nes inuadit, vt sub clara Euangely luce multo ^{mus. l. Adm.}
sint, quàm antea sub Papatu, auariores, astuti-
ores, fraudulentiores, crudeliores, libidinosio-
res, procaciores ac peiores. Alij etsi opera qui-
dem laudant, fideique quo ad præsentiam
adiungunt, quo ad effectum tamen gratiæ
& remunerationis tollunt, & grauissimis
etiam sceleribus vnica fiduciæ præsidio
impunitatem spondent. Qua ex re quid ali-
ud sequi potest, quàm acerbi & insipidi fru-
ctus impietatis? quemadmodum præclaris-
simè quondam *Sadoletus Cardinalis* ^{o Ex-} ^{opagin. 69.}
hortatione ad principes populosque Ger-
maniae scripsit. *Hac voce (sola in Deum fide*
homines effici iustos, ad iustitiam in nobis con-
ficiendam bona opera nil referre) per populos
promulgata, authoribusq; auditis: quis non in-
telligat, *maximos motus animorum, id quod*
factum

factum est, necessario fuisse concitandos? Cum enim credere in Deum facile sit: difficile autem cupiditates suas temperare: nemo paulo mobilior atq; imperitior esse potuit, qui non exiguo illo credendi negotio, liberam suis cupiditatibus inferuendi facultatem redimere sibi vellet. Qua propter etsi interdum videas nonnullos de pietate grauiter differentes, tamen similes putato Græcis illis, quos^p Anacharhis numismate tantum ad numerandum uti dicebat: vel similes Philosophis, quos^q Diogenes pro bona valetudine sacrificantes in ipso sacro epulis ingurgitari querebatur.

p Plutar. in
lib. de per-
fect. morū.
q Laër. li. 1.
de vitis Phi-
losop.

v Careck.
Heideib.
quaest. 64.

1i Corinth.
13. 2.

1 Iacob. 2.
24.

At inquis, fieri non potest, ut qui Christo per fidem insiti sunt, fructus non proferant gratitudinis, fidesque adeò ab operibus indiuisa manet. Hoc quàm verum sit, docet illa vox Apostoli. ⁵ Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. Et illa altera S. Iacobi. ⁴ Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides saluare eum? Tandem Augustinus de Trini. c. 18. Fides inquit, sine caritate potest quidem esse, sed non & prodesse. Et Tractat. 10. in Epistolam Ioannis. Iam credit aliquis in Christo, sed odit Christum, habet confessionem fidei in timore poenae, non in amore corona: adde huic fidei dilectionem, ut fiat fides,

Gal 5. 6.

des, qualem dicit Apostolus Paulus, ^u fides qua
per dilectionem operatur. Deinde si necessa-
riò fidem sequuntur opera (addit idem ^x Sa- *x Vbi supra*
doletus) quid attinuit ab ea iustitia, qua per *pag. 75.*

fidem imprimitur, opera bona se iungere? Cum
ea ita complexa & cognata ipsa cum fide sint,
ut simul cum ea adsint, & simul cum ea iusti-
fient, tanquam ad rationem fidei substanti-
amq; pertinentia. Quod enim stare per se sine
alitero non potest, habet illud certè quo sine non
potest esse, ad naturam suam penitus adiun-
ctum. Nec tamen diffiteor, debere qui-
dem, atq; in multis etiam fidem opera sub-
sequi. Nam si Euangelium potens est ad
salutem, potens quoque esse debet ad pie-
tatem, sine qua salus nulli obtingere po-
test. Ideò Apostolus talem in Christiano fi-
dem desiderat, ^y qua per caritatem opere *ur. Gal 5. 6.*

Et alibi negat eos Christum rectè didicisse,
^z qui in vanitate sensus sui ambulantes, semet- *z Eph. 4. 18*
ipso tradiderunt impudicitia, in operationem *19.*
immunditiae omnis, in auariciam. Vnde D.

Cyprianus. ^a Qui habet fidei veritatem (in- *a De opere*
quit) seruat Dei timorem: qui autem Dei ti- *& Eleemo-*
morem seruat, etiam caritatem & misericor- *syna.*
diam erga pauperes seruabit. Et ^b Eusebius *b Lib. 1. hist.*
Christianum definit, qui per Christi cognitio- *Eccl. cap. 5.*
nem & doctrinam animi moderatione & in-
iustitia, continentiaq; vite ac pietatis confessione
excellit. Atque hoc per Dei gratiam ita cla-
rè &

de Lib. 1. de
mor. l. 11.
Cathol. Ec-
cl. 1. cap. 34.

rè & abundanter in Catholica sit Ecclesia
vt merito concludam cum Augustino. *1-*
stis Manichai (Euangelici) si potestis obfistite,
istos intuemini, istos sine mendaciosi audetis,
cū contumelia nominate, istorū ieiunijs vestra
ieiunia, castitati castitatem, vestitū vestitū,
epulas epulis, modestiam modestia, caritatem,
deniq; caritati, & quod res maxime postulat,
præceptis præcepta conferte. Iam videbitis
quid inter ostentationem & seueritatem, inter
vitam rectam & errorem, inter fidem atque
fallaciam, inter robur & tumorem, inter bea-
titudinem & miseriam, inter unitatem &
consc. sionem, postremò quid inter superstitionis
sirenas & portum religionis intersit. Vale
mi suauissime Gregori, ac breui responso
contentus, veritati locum, mihi veniam
concede. Heidelb. Calend. August M. DC.

EPISTOLA V.

ANDREAS VERMADIVS SO-
CIETATIS IESV PRESBYTER

Iusto Baronio Veteracastrensi

S.P.D.

IN FORTVNIOLITTERARUM meatum in fidei
certamente deuenisse, optatissime I V-
STE, intellexi pariter & dolui. Sed credo p-
fectò, Deum hac machara funem tuæ mo-

RAM-

ra amputare voluisse, teque pariter ac ^{a Gen. 19. 15} Lo-
 THVM *cunctantem ac disputantem* violenta
 manu è Sodomis eripere, ne scrupulosa di-
 sceptatione torqueres diu spiritum Dei in-
 tra te, locaresque operam ^{b Ioan. 3. 9.} *Nicodemo*, quã
^{c Act. 4. 2. 3.} *profitentibus* discipulis locare debueras. ^{d Gen. 19.}
 Ecce autem qua te via angelus Domini in
^{e 18.} *SEGOR* deducturus sit. Misimus nos omnẽ
 causam tuã in urbem: vbi lecta *Pontifici*, le-
 cta *Baronio*, singulare singulis gaudium ex-
 citauit. *Baronius* maximè salutis tuæ cupi-
 dus suadet, primo tempore *Pontifici* men-
 tem tuam exponas, eiusq; potius ductu &
 hortatu emigrationis consiliũ moderere,
 quam priuato arbitrio, quo & in necessita-
 tibus postea liberius ad eius præsidium cõ-
 fugere, & commendationibus ipsius muni-
 tus honestiorem vsquam locum inuenire
 possis. Scriberem hac de re plura, quæ iussu
Ill^m Baronij Iosephus Windenius ad nos per-
 scripsit, nisi ex nũpero casu timidiorem ca-
 lamum haberem. Fac igitur cura litteraria
 ad biduum aut triduum seposita, ad nos ipse
 excurras, aut si te negotiorum compedes
 tenent, litteras sine mora in urbem expedi-
 as, quas nos *Pontifici*, & quibuscunq; vo-
 lueris *Cardinalibus* fido *Mercurio* transmit-
 temus. Vale, Spixæ Prid. Non. Decemb.
 M. DC.

EPISTOLA VI.

IVSTVS BARONIVS VETERACA-
STRENSIS ANDREAE VER-

madis Societatis Iesu Theologo

S.P.D.

LITTERAS tuas, mi PATER, meliori iam
fato scriptas traditasque, heri sub ves-
peram accepi ac petlegi. Quarum conspe-
ctus etsi multo mihi fuit iucundissimus,
tuamque incredibilem erga me sollicitudi-
nem ac curam nouo, eoque eximio argu-
mento demonstrauit: tamen vt verum fa-
tear, recordatione humilitatis meæ, ac re-
uerentia tantorum nominum, quibus cau-
sam meam innotuisse scribis, tantoperè
commotus sum, vt dubitem maiorine pu-
dore an lætitia sim affectus. Sed quia prou-
dentissimo Deo ita placuit, conscijs iuuan-
tibusque ipsis summis Ecclesiæ præsulibus
me in salutis portum deducere, sanè ample-
ctor consilium tuum, istorumq; plus quam
paternum erga me affectum sempiternis
gratijs prosequor. Scribendi officium vere-
or vt satis decorè explere possim. Nosti e-
nim veterem à *D. Hieronymo ladatam sen-
tentiam, non esse tristem eloquentiam, maxi-
mè si ad ægritudinem animi accedat corporis
ægritudo: à qua nescio quàm longè nunc ab-
sim.

* Epist. 31.
ad Theoph.
Epsic. Ale-
xand.

sim, Periclitabor tamen vires, & quia veni-
re ad vos propter urgentissimos *εργασί-
κτας* nostros non licet, paucorum dierum
spatio litteras cupitas transmittam: Interea
tu cum Collegio feliciter. Vale, successum-
que causæ Deo precibus commenda: Hei-
delb. Non. Decemb. M. DC.

EPISTOLA VIII.

BEATISSIMO IN CHRISTO PA-
TRI AC DOMINO CLEMENTI

VIII. Pont. Max.

IUSTVS BARONIVS VETE-
racastrensis S.P.D.

Quàm multi sunt, BEATⁱⁿ PATER, *a S. Atha-
nas. Epist.
ad Marcel.
Pap.*
^a *Sæctæ Apostolicæ Romanæ, atq; uniuersa-
lis Christi Ecclesiæ Venerandæ Papa:* quàm
multi inquam sunt, qui hunc conatum me-
um extremæ impietatis ac perfidiæ conde-
mnabunt! quàm multi, qui hæreseos & a-
postasias manifestæ! Postquam enim ego
Dei sic ferente imperscrutabili voluntate
isthic terrarum natus atque educatus sum,
quin & multos annos vixi, & munera offi-
ciaq; gessi, vbi (^b *D. Hieronymi verbis utar*) *b Epist. 57.
ad Damas.
Pap.*
*prostrigato à sobole mala patrimonio obruta sulcis
frumenta in loliū auenâsq; degenerarunt: vbi
Lucifer ille qui occiderat, supra sidera posuit
C thro-*

thronum suum: ubi testacea vel lignea vasa
virgam ferream, & aeternum operiuntur in-
cendum: id est, me interprete, ubi hæretico
grassante furore, pulsa veteris fidei solidi-
tate, doctrina noua, atque à consensu toti-
us orbis omnisque antiquitatis aliena, sub
specioso Euangelij nomine, cum multa-
rum animarum sempiterna pernicie in vul-
gus spargitur ac disseminatur, nunc verò
collustratis diuinitus oculis meis, perspe-
ctisque fœdissimis sectariorum erroribus
ac delirijs, ad Catholicæ Ecclesiæ gremi-
um, iuuante Domino, Tuâq; sanctitate ap-
probante, transire toto pectore satago: mi-
rum quot probra, quot conuicia, quã acer-
bas insectationes ac virulentas proscripti-
ones in me vndiq; iaculaturi sunt ij, quos
sacrilega obstinatio, ac furor prauus extra
salutares hosce Ecclesiæ carceres detinet.

Non minus enim quàm Lymphatis o-
lim *Circumcellionibus*, huic infelici homi-
num generi persuasū est, *de toto mundo vi-
sibilem perusse Ecclesiam, atq; in sola Lutheri
aut Caluini parte remansisse.* Quamobrem
Romanam Ecclesiam non secus ac turpif-
simam Lupanar atque ipsissimam *Babyloni-
cam* meretricem, quibus possunt acerbissi-
mis verbis ac crudelissimis supplicijs per-
sequuntur.

Ast ego qui Christi militiæ me verè nūc
adscri-

*o. August.
lib. de Emi-
tato Eccles.
9. 12. c. 13.*

adscriptum profiteor, cœlesti fortitudine armatus, fideiq; constantia roboratus, nulla tela inimicorum perimescere, multo minus leuissima ista hominum nec de sua nec de aliena salute rectè sentientium, iudicia reformidare debeo. Quin consolari ac sustentare me debet diuina huic sedi in S. Petro Pontificum Romanorum ἀλφα tributa vis atque authoritas, dicente Christo, ^d Tu es Petra, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non preualebunt aduersus eam: tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quæ verba considerans ^e S. Basilus, Petrus inquit, propter fidei excellentiam Ecclesia edificium in seipsum suscepit. Et ^f S. Chryso-
^gstomus, Quid autem Petrus inquit, basis Ecclesia; ille uehemēs amator Christi, ille sermone indoctus, & Rhetorum victor, ille imperitus, qui tamen Philosophis obturauit os, ille qui Græcæ nicam sapientiam non aliter, quàm aranearum telam dissoluit, ille qui sagenam misit in mare, & piscatus est orbem? Denique ^h S. O-
 ptatus: Cathedra, inquit, una est, & negare non audes, scire te Petro primam in urbe Roma Cathedram esse collatam, ubi sederit omnium Apostolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus, in quo vno Cathedra unitas ab om-
 nibus

^d Matth. 16
 18 Vide Bel-
 larm. lib. 1.
 de Rom. Pon-
 tif. cap. 10.

^e Lib. 2 in
 Eunom.

^f Hom. 4. in
 ca. 6. Esaiæ.

^g Lib. 2. con-
 tr. Parmen.

mnibus seruaretur, nec ceteri Apostoli singulas sibi quisq; defenderent, ut iam Schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret. Ergo Cathedra una est, quae est prima de dotibus. In ea sedit primus Petrus, succedit Linus, Lino Clemens, &c.

Deinde consolari ac sustentare me debet omnium vniuersi orbis Christianorum, omnibus seculis in hac vna sede tanquam certissimo capite ac matrice Ecclesiarum omnium firmiter recumbens spes atque existimatio. Quorum nemo vnquam vel priuatim vel publicè tam vecors extitit, quin cum hac sede tanquam noua Hierosolyma fixam stabilemque sibi vnitatem colendam, eiusque autoritate tanquam indubitato Dei oraculo omnes fidei controuersias decidendas putarit. Adeò quidem, ut hæreticorum etiam fæx, ^h Marcion & Valentinus, item ⁱ Campenses cum Tharsensibus nihil aliud ambierint, quàm vt autoritate cõmunionis Romanæ suas mundo fabulas venditate possent. Quod cum per Damasum Romanum Pontif. non possent, ^k è latebris extracti ac foras pulsi, breuè mortui sunt. Quamobrem D. Hieronymus (vt solennia Conciliorum decreta prætermittam, quæ ^l Quartodecimanos Victoris; Nouatianos & Anabaptistas Cornely; Aria-

^h Baron.

Tom 2. An.

167. § 6.

ⁱ Hieron. Epist. 57 ad Damasc.

^k Hieron.

Epist. 94.

ad August.

^l Bellarm.

libr. 2. De

Verb. Dei

cap. 6.

nos Syluestri: Macedonianos Damasi, Nestorianos Celestini: Eutychianos Leonis: Pelagianos Innocentij & ZoZimi, &c. Pontificum Romanorum voce tanquam cœlesti fulgure perculerunt) exorto in oriente hæreseonouarum semine, non aliam quàm Cathedram Petri Apostolico ore laudatam sibi consulendam censuit.^m Quoniam inquit,^m *Herem. Epist. 57. ad Damas. Pa. n Ioann. 19. 23. Cant. 2. 15. Jerem. 2. 13. Cant. 4. 12. Rom. 1. 8. Math. 13. 46. Luc. 13. 37* *vetusto oriens inter se populorum furore collisus, n̄ indiscissam Domini tunicam, & desuper textam, minutatim per frustra discerpit, & Christi^o vincam exterminant vulpes, ut inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficile, ubi fons signatus, & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: Ideo mihi Cathedram Petri, & fidem^t Apostolico ore laudatam, censui consulendam, inde nunc meæ anime postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscepi. Neq; verò tanta vastitas elementi liquentis, & interiaccens longitudo terrarum meâ^s pretiosa margarita potuit inquisitione prohibere.^t Vbiq; fuerit corpus, illuc congregantur & aquila. Et paulò post. Quanquam tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A sacerdote victimam salutis, à pastore, presidium ouis flagito. Faceat inuidia: Romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor: Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tue, id est Cathedra Petri cõmunionem cõ-*

socior: super illam Petram edificatam Ecclesiam scio. Quicumq; extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuiio. Non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum, quicumq; tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. O Sanctam Sancti viri vocem, ducem atque auspicem non huius modo meæ, sed & proximæ^u Rethenica atque^x Alexandrina solenniter in vrbe multorum populorum plausu & iubilo facta Palinodias. Cuius si dicam exemplum quantas meo pectori faces subiecerit, quàm acris stimulis animum perpunerit, integram hanc paginam compleuero. Nec leue est, ^y conspirantem Christianorum multitudinem curare: haud leue, mundo comite ad illius Ecclesiæ gremium currere, ^z quæ ab Apostolis fundata, & à Sanctis culta, in hanc usq; diem frustra hæreticis circumlactantibus per successiones Episcoporum culmen auctoritatis obtinuit.

Sed fratres mei, quos desero, PATER SANCT^{mo} audientes talia, rident & stomachantur, meque conuitijs omnibus incessunt. Insanis, inquit, neque adis Ecclesiam Dei, sed deseris. Quid ita inquam? persuasum hoc vobis est, sed malè. Tenebar & ego quondam eodem errore, Romanam Ecclesiam maledictis lacerans, communio-

nem-

*u Baron.
in fine
To. 7. Ann.
x Idem in
fine Tom.
6. Ann.*

*y Aug. Epi.
162.*

*z August.
De Viril. cre-
dend. c. 17.*

nemque Dei in sola *Caluini* parte remansisse credens. Sed quis hoc euicerat? Calumniæ graues, & atrocias in domum Dei conuicia mentem meam peruerso iudicio imbuerant. Itaque sequens illos, qui à corpore Christi præcisi properabant ad exitium,

^a *Va va quibus gradibus descendebam & ipse in profunda inferi.* Abalienabar à promissis Dei, & tetra morte inuolutus pulchrè me

viuere existimabã. ^b *Sed tu DEVS longanimis & misericors oblitum tui, oblitus non es: tu securus mei curam gessisti, ac miseratus simplicitatem meam* (neque enim destinata malitia peccabam) ^c *præuenisti me antequam inuocarem te, & institisti crebrescens multimodis uocibus, pererrumpens surditatem, & intonans uoce forti in interiorem aurem meam, ut cognoscerem eminentem scientiam charitatis*

CHRISTI, & firmitudinem Ecclesiæ tuæ, quæ supra Petram fundata, vndiq; circumfremantibus procellis inconcussa staret.

Tu demonstraisti mihi seruatorum tuorum ministerio, quàm graui crimine alligati fuissent, qui rupta unitate fidei, ^d *ultro se apud temerarios conuenas, sine diuina dispositione præficerent, qui se prepositos sine ulla ordinati-*

onis lege constituerent: qui contemptis Episcopis, & DEI sacerdotibus derelictis, constituere auderent aliud altare, precem alienam illicitis uocibus facere, Dominice hostie uerita-

tem

tem

tem

a August. lib. 3. confess. cap. 6.

b August. 21. confess. 1. 2.

c August. 13. confess. c. 1.

d 29.

d Cyr. de Unitate Eccl. cap. 8.

e Cyr. de Unitate Eccl. cap. 11.

tem per falsa sacrificia profanare. Hoc demon-
 monstrasti mihi DEVS meus, & gratias ago.

o August. 11 ^e *Novi, confiteor tibi Domine, mecumq; nouit*
confess. c. 7. & benedicit te, quisquis ingratus non est certe
 veritati.

At vos fratres meos plusquam prodigos
 salutis vestræ obtestor, deposito paulum
 typho deliberationem Christiani homi-
 nis mecum suscipiatis, quamq; longè à DEO
 peregrinemini, vel limis saltem oculis aspi-
 ciatis. Subducite mecum, an vel vnum verè
 Ecclesiæ signum apud vos demonstrare
 possitis. Certè unitate destituiimini, à con-
 sensu orbis Christiani præcisi, & in minu-
 tissimas sectas miserè dissecti. Sanctitate
 quanta præstetis, publicè notum est, volq;
 ipsos profanitatis vestræ palam pudet ac
 lædet. Catholicos nominare vos nec vultis
 nec potestis, tam angustis obscuræ alicuius
 regiunculæ limitibus circumscripti. Iam si

f Tertull. de
praescript. c.
32.

g August.
Epist. 165.

h August.
in Psal. con-
tra partem
Donati.

Apostolicos vos nominare libet, ^f *Edite ori-*
gines Ecclesiarum vestrarum, evoluite ordi-
nem Episcoporum vestrorum, g & in ordine
illo Patrum, exorsi à S. Petro ad præsentem
vsque CLEMENTEM VIII. quis cui successerit,
videte. Certè in eo ordine successionis nullus
Donatista Episcopus inuenitur, nullus Luthe-
ranus, nullus Calvinista. Quid ergo iam
amplius aduersum patres vestros sæuitis?
Quid studio partium excæcamini? h Venite
 mecum

mecum ad Romanam Ecclesiam, ut infera-
mini in vite: dolor est cum vos videmus praci-
sos ita iacere. Ipsa est Petra, quam non vincunt
superbe inferorum portæ. Idque ut mecum
intelligatis, deponite ad tempus persuasio-
nem sapientiæ vestræ: ¹ Audite doctos Catho-
licæ Ecclesiæ viros, tanta pace animi, Et eo vo-
to, quo vos ego audiui, nihil opus erit XX. annis,
quibus me ludificastis. Longè omnino, longè
breuiore tempore quid intersit inter veritatem
vanitatemq; cerneris.

August.
lib. 1. de mo-
ribus Catho-
lic. Eccles.
cap. 18.

Atque hæc fortasse paulò prolixius
SANC^{mc}. PATER, commiseratione fratrum
meorum: quibus consultò exponere volui,
quibus ego remedijs ad sanitatem adductus
essem, ut quæ mihi medicina profuisset, ea-
dem ipsi vtentes conualescerent. Audiui e-
nim ego, pro Augustini consilio, doctos Ca-
tholicæ Ecclesiæ viros, Sanctorum Patrum
monumenta sedulo euolui, recentiorum
Theologorum scripta, inprimisque diuini
viri ROBERTI BELLARMINI (cui post
Deum præcipuas conuersionis meæ partes
asscribo) enucleatissimas *Disputationes* stu-
diosè legi: Ecclesiæ Græcæ consensum ex
*Patriarchæ Constantinopolitani in Augusti-
nam Confessionem Censura* sollicitè rimatus
sum: coram etiam cum multis sacerdotibus
sermone contuli: nihilq; aded prætermisi,
quod ad cognoscendas Catholicorum sen-

Epist. 52.
ad Anton.

tentias facere videretur. Neque id iniuriã.
Oportet enim, vt^k Cyprianus ait, non tantum
quid maligni atq; Apostate dicant, audire, ve-
rum etiam quid modesti & graves viri senti-
ant faciant nẽ, de vita ipsorum ac disciplina
exploratione perpendere. Hanc solitudinẽ
meam si imitarentur isti, qui se magistros
profitentes orbis terrarum, sua plerophoria
miserẽ decipiuntur, forsasse etiam pœnitẽ-
tiam imitarentur, & mecum resiliunt ab
ijs, qui sine vocatione ingressi, sine ratione
mentiti, sine mente grassati, supera inferis
miscuerunt, & neque vitæ innocentia fra-
tribus similes, nec fidei vnitate patribus
concordes esse voluerunt.

Sed vt eò iam, cuius gratia tota hæc scri-
ptio instituta est, progrediar: vides BEAT^{me}
PATER, quis sit sensus meus & animus. Re-
deo ex fuga & dispersione longa: cupio re-
conciliari ijs, qui veræ Ecclesiæ possessores
ac vitæ æternæ hæredes rectissimẽ credun-
tur: Tanquam^l ouis perdita sto ad ostium^m
ouilis Christi, & ⁿ pulsans humiliter intro-
mitti cupio. Hic cum nulli clauis aut spati-
osi ouilis cura commissa sit, præterquam
Tua Beatitudini soli: prouolutus ad pedes
Sanctissimos tuos, cum multo gemitu &
planctu per Christum rogo & obsecro, ne
æstantem hanc animam spernas, aut à gre-
ge tuo reijcias: quin potius apertis clemen-
ter

Luc. 15. 4
in Ioan. 10.
26.
in Allusum
ad verb. d.
Antonij,
pulsantis
fore d. Pau-
li Eremita
apud Hie-
ron. in vita
S. Pauli.

terforibus, ad Ecclesiæ sacrosanctæ communionem, & saluberrima Sacramento-
rum pabula admittas: postmodum, quod
reliquum est, exulem breui propter Chri-
stum relictis omnibus futurum, Apostolica
benedictione tua compleas, & sustentas.
Quod à BEAT^{ma} SANCTITATE T^a. petere
& sperare, non iussit impudens aliqua aut
proterua audacia: sed iussus & authoritas
eorum, qui suo merito SANCTITATI T^a. à
latere iuncti, omniumque consiliorum cō-
scij, hanc mihi promptissimam volunta-
tem tuam in media *Germania* non obscure
confirmarunt. Idque vbi eorum votis, &
tua plusquam diuina ad *Germanos* iuan-
dos promptitudine impetrare licebit, mea
in Deum pietas, & in Apostolicam hanc se-
dem humilitas atque obedientia: in tuenda
verò Catholica vnitae firmitas & constātia,
ita semper constabit, vt nunq̄ vel nomine
Catholico, vel Pontificis Maximi benefici-
is planè indignus fuisse videar. Nec dum vi-
uam, Sacrosanctam Dei Maiestatem arden-
tibus votis precari desinam T^m. vt *Sanctita-
tem* vniuersæ Ecclesiæ Christianæ quàm
diutissimè incolumem seruare, Tuumque
istum Pontificatum quàm plurimorū *Ger-
manorum* conuersione magis magisque insi-
gnem facere dignetur. Vale. Heidelb. Idib.
Decemb. Anno seculari. M. DC.

EPISTOLA VIII.

ILL^{mo}. ET REV^{mo}. D. CÆSARI
Baronio Sorano, S.R.E. Car-
dinali.

IVSTVS BARONIVS VETE-
racastrensis. S.

INTER Romanæ Ecclesiæ præfules, inter-
que veræ ac solidæ iustitiæ præcones, qui
aduentanti nunc *Antichristo* diuina ingenij
fui acie neruos incidunt, profugisq; ab Ec-
clesia tuba sonanti receptui canunt, te faci-
lè principem esse, CÆSAR BARONI, CAR-
DINALIS ILL^{mc}, & fama dictitat, & præcla-
rissima ANNALIUM tuorum monumen-
ta contestantur. Quocirca aliquoties me
has scribere ingressum, deterruit partim
grauissimorum negotiorum tuorum recor-
datio: partim iusta debitaque Illustrissimi
nominis tui reuerentia. Sed hæsitantem
confirmavit iterum spectatissima ordinis
vestri humanitas, & inprimis benignissima
mei ad scribendum à te facta inuitatio. Qui
cum consultissimi viri, *Iosephi Windeny*
sermonibus, nec non *Patrum* quorundam
Spirensium litteris de mea ad Catholicam
fidem cōuersione certior factus esses, Sum-
moque idem Pontifici retulisses: mirificè v-
terque pro vestra pietate cum ^a beatis Dei
spiri-

spiritibus huius animulæ inuentione vos ostendistis recreatos. Atque ego si affectus istius vestri erga me magnitudinem vllis verborum præconijs satis celebrare, vel digna gratiarū actione prosequi me posse sperē, valdè oblitus sim & viriū mearū, & longè maximæ dignitatis vestræ Apostolicæ. Verum vt tam benignis celebribusque benefactoribus maiorum erga me meritorum occasionem præbeam, paucula de rebus meis, & diuturnis præsertim erroribus hac epistola commemorare animum induxi.

Qua in re illud primo loco constituo, nulla me voluntate tam diu extra Christi castra profugum, aduersus sacerdotes Dei maledicū, ab officina salutis alienum fuisse, sed patriæ partim corruptione infectū, partim peruersa præceptorum informatione inductum. Postquam enim persolutis iā quatuor *Apocalypseos* tubarū pœnis, quinta tuba sonante, hæc misera *Germania* nostra, per illam funestam ^b *cælo de lapsam stellam* ^b *Apocal. 8. 1. 2* *Essegg.* in expiabili crimine inuoluta, & fumo *tartareo*, *locustisq;* pestilentibus, in tantam fidei vitæque profanitatem adducta est: Ego quoque huius *Aegypti* incolæ, communibus, pro dolor, tenebris inuolutus, & ab regia salutis via cum alijs abstractus sum. Ac ne multus sim, vigentibus publicè erroribus,

ribus, illud mihi accidit, q̄ *Marcus Cicero* in *Academia* de stultis Philosophis commemorat. ° Ceteri inquit, primum ante tenentur astricti, quam quid esset optimum, iudicare potuerunt: deinde infirmissimo tempore astitis, aut obsecuti amico cuidam, aut vna alicuius, quem primum audierunt, oratione capti, de rebus incognitis iudicant, & ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adherescunt. Viua profectò, viua deceptionis mei imago. Parentibus enim (quod misericors Deus in melius vertat) hæreticis natus, præceptoribus hæreticis vsus, patriæ hæreticæ consuetudine imbutus, ad fidem quoque hæreticam me pertrahi passus sum. Eam inquam fidem, si fides dicenda est, quæ à consensu orbis Christiani aliena, deliriorum CALVINI serua, *Donatisticam* quandam puritatem iactitat, & Catholicum nomen detestata, fidam Christi sponsam, *Romanam Ecclesiam*, miris verborum ludibrijs subsannat, & ferro furenter persequitur.

Sed quia benignus Deus simplicitatem meam & interitum miserabatur, subinde optima iam annis aliquot continuis suppeditavit remedia, quibus ad erroris & periculi sensum, sanæque mentis possessionem adduci possem. Ac primum, quia me fascinatam videbat, gloriosa Euangelicæ professi-

e q. Acad.
quæst.

fessionis titulo; sæpiusculè in mentem re-
uocauit, laceram scissamque huius *Synago-
ga* faciem, quæ nullo vnitatis vinculo copu-
lata, in multas minutissimas partes secta,
capitali inter se odio diffideret, & tanquam
^d *Babylon* suis frustrata auis, indies suppul- *d Gen. ii. 2*
lulantibus nouis fœtibus emarcesceret, at-
que extingueretur.

Deinde, vt (quod penè puer animaduer-
teram) fraudes & mendacia hæreticorum,
in detorquendis ac sugillandis Catholico-
rum sententijs, manifestius aperiret, lectio-
nem ipsorum Catholicorum authorum
suasit: primumque in manus dedit Sancto-
rum aliquot Patrum commentaria, AVGV-
STINI in primis & CYPRIANI: qui tanquam
duo fulmina belli, facilè prostrauerunt ple-
raque nouatorum mendacia, quantaque fi-
de illi in tractanda antiquitate versarentur,
demonstrarunt. Sed vt ad rem propius ac-
cederem, atque ipsam quasi arcem causæ
inuaderem, ad ipsos quoque recentiores
Theologos consulendum incitauit. Quos
vbi inspexi, tanquam ^e Bethsaidanus ille *e Marc. 8.*
gradatim sanat⁹, primum à longè videremi- *22 23 24*
hi visus sum homines tanquam arbores ince-
 dentes. Deinde continuata lectione & ^f re. *f Marc. 8.*
petita quasi impositione manus dominicæ *25.*
plenariam sanitatem recuperavi, ac diluci-
dè tandem omnia peruidere cœpi. Enim-
uerò

uerò parentum liberorumque amor, præceptorum admiratio, &c. ægrè melioribus locum dedit. Sed quia *potiorem Dei quam hominum rationem habendam noueram*, & apertissima veritas vrgebat, coactus sum illi manus dare, nec amplius reluctari potui.

Act. 4. 19. *h Cicero 4. h Vt enim lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere necesse est. Et quum inconstantia fama insidiaretur, succurrebat Cyprianus, Non inquietans, quia semel erratum est, ideo semper errandum est, cum magis sapientibus & Deum timentibus congruat, patrefacta & perspecta veritati libenter atq; incunctanter obsequi, quam pertinaciter atq; obstinatè contra fratres & sacerdotes pro hereticis reluctari.*

h Cicero 4. h Vt enim lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere necesse est. Et quum inconstantia fama insidiaretur, succurrebat Cyprianus, Non inquietans, quia semel erratum est, ideo semper errandum est, cum magis sapientibus & Deum timentibus congruat, patrefacta & perspecta veritati libenter atq; incunctanter obsequi, quam pertinaciter atq; obstinatè contra fratres & sacerdotes pro hereticis reluctari.

Epist. 73. ad Iubasanum.

Sic itaque diuina ope sanatus, fide & intellectu interioris hominis, dudum rationes omnes quæsiui, euadendi hanc lernam, & publicè profitèdi fidem meam. Sed quia Dominus ipse monebat, *ne turrim aedificaturus, aut hostem casurus, temerè ad opus profilirem, sed sumptibus prius subductis viderem, par ne operi perficiendo esse possem, ne spe deiectus, risum ludibriumque mouerem vicinis: Ego iusta me ratione moueri credebam, vt lentè agerem, & vada prius tentarem, littoraque explorarem, quam me periculoso cum meis mari committerem. Cumq; hoc sollicitè mecum iam multos*

Luc. 14. 28. & seqq.

tos

tos menses faceret *Religiosissimus in Christo*
Pater ANDREAS VERMADIVS, Ecce
Ἰεὸς ἀπὸ μυχῶν, nobis de ouiculis ali-
 quibus conciliandis sollicitis, tua imprimis
 opera, CARDINALIS ILLUSTRIS-
 SIMUS, ipsū Pastorem summum conciliauit, eiusq;
 voce humanissima quæque pollicitus est.
 Quam tam optatam consilij perficiendi oc-
 casionem, vt ego è manibus dimitterem,
 nihil erat. Quin potius te auspice ac duce
 humiles qualdam, & fortasse non satis pro
 tanta dignitate compositas literulas ad se-
 dem Apostolicam conscripsi: certa spe fre-
 tus, fore vt explicatis Pontifici Maximo lō-
 gorum errorum meorum deceptionibus,
 & periculorum, in quibus ad huc versor,
 angustijs, coadiuuante diuina misericordia,
 & ingenta Pontificis Maximi bonitate, hoc
 præsertim anno *Iubilæi* & veniam delictō-
 rum, & Catholicæ vnitatis vinculum, Apo-
 stolicæque liberalitatis fructum facilius ef-
 sem impetraturus. Quod votum meum, vt
 & tu, felix consultor, voto tuo comproba-
 re, Summoque Pontifici cum aliquo insi-
 gni tuæ erga me beneuolentiæ indicio cō-
 mendare velis, per Sanctam Domini Cru-
 cem, & viuifica ipsius vulnera ardentissi-
 mē precor. Ego quàm primum Apostolicæ
 voluntatis nutum vel minima significatio-
 ne percepero, me illi absque vlla cunctati-
 one

50 IUSTI BARONII VETER.

one morigerū præstabo: & quidquid poterò ad Catholici nominis dignitatem, ad humillimam pro acceptis beneficijs gratitudinem, ad commissam denique quamcunque *Spartam* meā pertinebit, tanta *σὺν* *Ἰησὺ* fide curabo, vt nulla in parte meo muneri defuisse videar. DOMINVS IESVS Sanctissimum Pontificem, teque magnum Ecclesiæ Cardinem, meo & aliorum profelytorum bono quàm diutissimè seruet incolumes. Heidelberg. Idib. Decemb. M. DC.

EPISTOLA IX.

ILL^{mo} ET REV^{mo} D. ROBERTO
Bellarmino S.R.E. Cardinali.

IUSTVS BARONIVS VETER-
racastrensis. S.

TV verò ille es ROBERTE BELLARMI-
NE, CARDINALIS ILLUSTRIS-
SIME, quem colit & veneratur anima mea, quem diligit & exoptat cor meum. Tu es, qui animam hanc vindicasti à morte, & plusquam *Cimmerijs tenebris* obrutam, diuinæ veritatis fulgore iuxta Deū collustrasti. Tibi vota faciam, tuumque immortale nomen perpetuis laudibus celebrabo. Ecquid hoc est,
in-

EPIST. SACRAR. LIBER I. 51

Inquis? quem insperatū *Pæana* audio? quis peregrino celeusmate acclamat? Ego ego sum, diue vir, ^a *dulce decus & presidium meum*. Ego sum, magnus debitor tuus. Si gratiam merui abste, ades huc: percipe magnalia DEI, audi excellentissimos laborum tuorum fructus. Ecce sedebas quondam, & medicinam parabas ægris, quos vel *tartarea locustæ* à ^b *D. Iohanne præsignificatæ*, falsorum dogmatum aculeis læserant, vel hydrops saltæ sapientiæ inflarat, vel leuis superbiæ aura ex *area Ecclesiæ* piecèrat. His medicinam *Disputationibus* tuis parabas, atque in vulgus prolatam cunctis propinabas. Sed vide ingratos homines. Alios vis morbi obstupescerat, alios desperatio acquirendæ sanitatis àb alienauerat, alios furor ad proculcandum pharmacum incitarat. Mihi quid accidit, ægrorum infirmissimo? Propinatur eadem librorum tuorum medicina. Rideo vt assuetus eram, & tamen periculi faciendi causa gusto, pleniusq; lectione imbibo. Hic, quod ægris quibusdam accidere solet, pharmacum primo commouet animum, ac resultum quærit. Postmodum aliquandiu retentum, occulta virtute interius cum morbo conflictu habito, sudorem toto corpore excitat. Quasi, tum demum grauissima me totaque cura ad frequentandum

a Horat. O. de. 1. ad Me. com.

b Apoc. 9. 3.

opus esse animaduerti. Eiq; dū constāter incumbo, maiores indies vires colligere, maiore sanitate recuperare cœpi ac tandē Dei munere ita corroborat^o mihi videor vt nūc quidem nihil amplius in votis habeam, quā primo quoque die abiectis pristinis errorum exuuijs valetudinarium hæreticorum relinquere, & in arce Ecclesiæ Dei cum Catholicis sincero corde ac fide ambulare. En operum tuorum saluberrimam in me medicinam BELLARMINE! En quanto me malo eripueris: quantoque bono bearis! Laborabā periculosè, tu sanasti: moriebar lachrymosè, tu viuificasti, sepultus eram calamitosè, tu è pulueribus inferni atque ipsis *Acherontis* faucib^o excitasti, inque regia Dei collocasti. ô magnum atque incredibile beneficium tuum! ô nunquam satis commemoranda merita? Pro ijs quid ego reponam? Nil nisi quod priscis diuorum donarijs inscribi solebat, *Aliud quidem non habeo.* Sed & Iustus Agonotheta Deus in hac iam vita constituens te inter principes populi sui, atque inter columnas Ecclesiæ suæ hanc tuam pietatem insigni laurea coronauit, inque altera longè maiori & di-

Dan. 12. 3.

uiniore coronabit: quando *qui docti fuerint: quasi splendor firmamenti, & qui erudierint multos, quasi stelle in æruntates.* En Minerua tuum

BEL-

BELLARMINI: En laurum! En gloriam! Qui
 ut misericordiae quoque praemium conse-
 quare, exilio meo consolando sustentando-
 que facile efficias. Idque ut facias, per illam
 sanctam tuam Deoq; plenam animam, per
 illas diuinas ac mihi prosperrimas *Disputa-*
tiones tuas ita rogo atque obsecro, ut maiori
 studio non possim. Ego interea tibi tuique
 simillimo BARONIO Canticum illud ^{d. d. d. Lib. 3. con-}
Augustini, quod de vobis quasi vaticinans ^{sess. cap. 9.}
 protulit, ingeminare non cessabo. *Currite*
ignes Sancti, ignes decori, vos enim estis lumen
mundi, nec estis sub modio. Exaltatus est cui
adhaesistis, & exaltavit vos, discurrete & in-
notescite omnibus gentibus. Heidelb. Metrop.
 Palatinat. Idib. Decemb. M. D C.

EPISTOLA X.

CLARISSIMO VIRO D. IOSE-
 pho Windenio, Doctori Iure-
 consulto

IUSTVS BARONIVS VETERA-
 castrensis S.

OV TINAM Romæ vobis vel vnum diem
 coram adesse liceret, clarissime WIN-
 DENI, totam mearum rerum seriem à primo
 vobis *ono* commemorarem, exponeremq;
 quibus adhuc angustijs, probante Domino
 meam in recens cognita veritate constan-

D 3 tiam,

tiam, circumseptus sim. Quin & vobis pro
 vestra illa insigni ad me iuuandum prom-
 ptitudine, gratias quas posse maximas age-
 rem, rogareque, vt quàm à longè osten-
 distis, beneuolentiam, deinceps ad pacem
 anhelanti, atq; ægrè ex hisce voraginibus
 emergenti, præstare non desisteretis. Sed
 quia loci distantia ac præsens rerum mearū
 status, nullo id modo sinunt, literarum mi-
 nisterio vtamur, donec locus & tempus
 meliora. Interea tu pro tua prudentia facilè
 reputare potes, quanta hic conuersionem
 meam discrimina maneant, si publicè pate-
 scat. Et tamen nonnullis aliquid suboluit:
 qui magna anxietate euentum rei expectât,
 persuasi fore, vt temporis diuturnitate iste
 meus ardor refrigescat. Sed qui didici ex o-
 re Saluatoris, non satis esse ^a *manum aratro*
^b *admonere*, sed constantiam requiri, illosque
 demum *Βεβήτων* consecuturos, ^b *qui ad fi-*
nem usq; perseverarint: nunquam iuuante
 Deo committam, vt vlla me pericula, vel
 blanditiæ de gradu constantiæ deiiciant.
 Nec non sæpè laudabo auream illam ^c *D.*
^e *Epist. 52.* *Cypriani* sententiam, *Graues viros, & semel*
^{ad Anton.} *super Petram solida stabilitate fundatos, non*
dico aura leui, sed nec vento aut turbine com-
moueri, ne animus dubius & incertus, varijs
opinionibus velut quibusdam vêtorum incur-
santium flatibus frequenter agitetur, & à pro-
posito

^a *Luc. 9. 62*

^b *Matt. 24.*
^{30.}

^c *Epist. 52.*
^{ad Anton.}

posito suo, cum quadam lenitatis reprehensione
muetur.

Quamquam igitur minimè præcipitan-
dam arbitror meam ex hisce terris emigrati
onem, *dissuereq;* potius quàm scindere hanc
cum collegis amicitiam pro ^d Ciceroniani
Laly consilio cupio: attamen quia ouicu-
lâ diu inter lupos versari, periculosum est,
necessariò mihi aliqua securitatis ratio ine-
unda erit, vt Deo hominibusque fides mea
constet, & familiam meam ex hoc incendio
tempestiuè eripiam. Indies enim mihi au-
dire videor id, quod *Hætor Aenea;*

• *Eia age nate Dea, teg; his ait, eripe flam-*
mis,

Hostis habet muros, ruit alto à culmine
Troia.

De fortunis meis non tam sollicitus sum,
quàm de vxore, ternaque prole, tenella ad-
huc, & in primis annis constituta. Vicissim
consolatur *Pontificis Max.* bonitas & spe-
ctata *Φιλανθρωπία*, què propterea de ve-
stro consilio peculiaribus literis certius ad-
huc conciliare mihi volui, modo rectum
cursum tenuerim. Iestas literas, vt & alteras
ad *Illustrissimos Cardinales BARONIVM &*
BELLARMINVM, vt tu pro tuo in me amore
rectè curare velis, *WINDENI*, maiorem in
modum peto, De *BARONIO* quid velim, tibi
notum est. *BELLARMINVM* salutare, prope

D 4 diui-

d Lib. de
Amicit.
Hieron. E-
pist. 42. ad
Niceam.
Hypod. A-
quil.

• *Virgilian*
2. Aeneid.

diuina eius erga me merita iusserunt. Iste enim est, cuius ductu auspicijsque primum ad Catholicam ingressum feci: iste me erudit, fouit ac confirmauit in sanctissima Dei veritate: idque eruditissimis *Disputationibus* suis: de quibus si quis alius, certe iudiciosissimus^f BARONIVS veram tulit sententiam: *Disputationes* inquit, *Roberti Bellarmini* sunt instar *8* turris illius, quam *David* edificauit cum propugnaculis, ex qua mille pendent *Clypei*, & omnis armatura fortium. Sed video excrescere Epistolam. Finis sit, scribendi quidem, non autem diligendi, quod vt veræ religionis^h *glucino* coniuncti in multos annos facere possimus, ex animo voueo & opto. Vale. Heidelberg. Idibus Decemb. M.DC.

f Tom 1.
Ann 53. S.
32.
g Cant. 4. 4.

h Hieron.
Epist. 6. ad
Florent. &
Epist. 103.
ad Paulin.

LIBRI PRIMÆ EPISTOLARVM
FINIS.

